

37
NUPTIIS
DN. JOANNIS BIDERMANNI,
J. U. CANDIDATI & PRACTICI,

&

Nobilissima Lectissimaq; Virginis

ESTHERÆ, NATÆ FRANTZIÆ,

VIRI quondam

Nobilissimi, Strenui, Amplissimi, Consultissimiq;

DOMINI AUGUSTI FRANTZII,
JG, Sacr. Cæs. Maj. Supremi per Utramq; Sile-
siam Fisci Patroni meritisimi.

Relictæ Filia,

add. 10. Maji Anni M DC LXI.

felicissimè consummandis

1019403 dicati Hymenzi,

Fautoribus & Amicis Vratislaviensibus.

1018403
VRATISLAVIÆ,

Typis Baumannianis, exprimebat GOTTFRIED GRÜNDEK.



In Prænomen
 Nob. & Florentissimæ Virginis
 SPONSÆ.



*Allor in Ore sedens sibi quid vult, SPONSE
 polite?
 An tacitum Vulnus cordis in arce
 geris?*

*Quale sed Hoc, age, dic? rapidò num ledit, editq̄,
 Sincerae Veneris filius Igne suo?*

*Sicreor, AUGUSTI latuit quid fortè rosetò,
 Quò Vitæ evites calibis omne malum.*

*FRANTZIA, Quarta Charis, pupugit Te cuspide Men-
 Mellea quam pavit nectare Snada suo. (tis,*

*Vin' Couis veniat? novus aut Podalirius, almâ
 Pectus hians subitò qui Tibi sanet ope?*

*Nilopus ambobus; Vulnus quæ fecit & auxit,
 Illa Tibi dabitur Coa, feretq̄ manus.*

*FRANTZIA, quæ calidis nimium Te læsit Ocellis,
 Illa dabit Tibi Collyria, Labra dabit.*

Emplastrum

*Emplastrum dabit Illa Tibi, dabit euge! malagma,
Oscula mille, jocos mille, tot atq̄ Sales.*


O longum gaude tali medicamine! gaude!

Hancq̄; fove medicam cordis Amore deam.

*ESTHER opis medicæ velut ingeniosa Magistra
Vernet! & Hâc Coâ Vestra sit aucta Domus!*

Honoris & Amoris e.
gratulabundus ludebat,

JOHAN - HENRICUS CUNRADUS,
Illustrissimorum PPr. Wûrtembergico-
Olsnensis, ut & Lichtenstainiensis,
Consiliarius.



B *Idermannne, placet, Themidem post Frantzia
virgo*

*Jure Tibi; plectant Jura licet bigamos.
Junxisti Themidem menti, lateri sociasq̄;
Frantziam nunc, Quæ mens erit una
simul.*

*Bidermannne, Themis sapiens dilatet honores,
Augeat & thalamum Frantzia casta tuum!*

Sic Amico suo perquam dilecto animitus optat
GOTHOFREDUS WOLFFIUS, J. U. Licent. Illustris-
simi Comitibus ab Hatzfeld & Gleichen &c. Consiliarius.

Conditionis erit gnarus, feliciter, ejus,
Cum quo contractum quis celebra-
re cupit,

Jure peritus ait. Quod si porrexero ad
actum

Conjugii Sacri, non ea cura minor.

Bidermanne, tuam charis amplexibus am-
bis

Estheram castam, sat tibi nota venit.

Notitiam quondam chari coluere Paren-
tes,

Arctior ast inter vos rediviva cluet.

O si vos matremque patremque liceret u-
trinque;

Cernere praesentes, gaudia quanta fo-
rent!

Sufficit interea, Socrum conjungere vo-
tum,


Omnes quod mecum voce ferant si-
mili.

Vivite

Vivite concordēs, cunctaq; ex parte beati;
Sit sine felle torus, non sine prole do-
mus.

*Ita Affini suo, à primâ etate dilectissimo, gratula-
bândus felicissimum precatur conjugium,*

GEORGIUS HAYNECCIUS,
Reipubl. UratisL. Civis &
Advocatus.



SI quis jura parat Lecti, num bella Puella
Sit, quærunt? si sic: sit ne opulenta simul?
Deinceps num niteat faciem decorante juventâ,
Blandaq; num Hyblæis verba det unclâ favis.
Ergo Tibi & sponsæ hoc grator meritoq; lubensq;
Auspiciū, felix conjugiumq; precor.
Vive, vale felix implendo Nestoris annos,
Cumq; Tuâ sponsâ, vive, valeq; diu.

Honori Tuo
addictissimus

MELCHIOR ALBERTUS,
à Köckritz.

A 3

Num

NUM voveam, num non, dubito, doctis-
me Sponse,

Dum Thalamo, sociam jungis amore,
tuo.

Cur? quia me Spacio Natura coercuit arcto,
Exiguas vires Ingeniique dedit:

At pietas jubet hoc, & Sangvinis arctior
Ufus

Poscit, quo nuptis optima quæque precer.
Ergo opus aggredior, voveoque, ut summus
Jova

Cœptum Successu prospere bebet.
Namque volente Deo si quisquam cœptat &
urget,

Faustiteris cœptat, faustiter urget opus.
Ergo Principium sit cœpti Christus, &
idem


Sit medium, ejusdem finis & ipse fiet.
Sic vester Thalamus felici sorte secundus,
Sic semper lætus, sicque quietus erit.

Hoc

Hoc cupio, hoc opto: det Rex stellantis
Olympi,
Ut voti sit pars irrita nulla mei.

*Gaudia sua contestaturus, gratulantium
votis hoc Carmen honoratissimo
Avunculo apponebat*

GODOFREDUS HAYNECCIUS,
Vratislaviensis Silesius.



The original, preserved in the
Library of the
University of Cambridge

GOOTREUR HAYECIUS
V. 1. 1. 1.

